



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Proventus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

ephebis excessissent, infœcundam & imperfeciam esse orationem animadvertent: utpote quod ætas illa ad prudentiam nondum esset idonea. Hujusmodi vero signum vidi Neapoli in magnificientissimis Macæleonum ædibus.

## PROVENTUS. CAP. XXIX.

Quin & nominis etymologia indicat Priapum esse semen.

Libidinis frenum.

JAM & Priapi simulacrâ in hortis statui ab antiquis solita, ne multum in his immoremur, proventus qui depolceretur significatum habebant. Ea vero de causa fieri consuevit, ait Varro, quod hortus omnes in tutela sunt Veneris, quæ totius est generationis Dea.

## CONTINENTIA. CAP. XXX.

FRÆnum libidinibus atque nequitia impostum & imponendum esse, admonere cum vellent Ægyptii Sacerdotes, genitale viri manu cohibitum atque coërcitum pingebant: quippe hominis continentiam eo gestu describentes. In appendicibus utique ad Virgilianum opus adjectis, cuiuscumque illi fuerint joci, sapienter quidem compedibus Venerem constringendam invenies, quantumque natis Creandis serviat adeundam, ut corruptum ibi locum ex Laetantii Firmiani lectione corrigamus: ita enim apud eum legas:

*Vina sitim sedent, natia Venus alma creandis  
Serviat, hos fines transiisse nocet.*



D. Laerti in  
ejus vita.  
Continetia  
Anacharis  
& Alexandri  
Magni.

Approbesque interim eorum fortitudinem, qui potius excastrari voluerint quam illicito coitu contaminari, cuius facti fidem apud Cyprianum & Origenem quaerito. Præcipuum autem illud in Christianorum institutis præceptum ponit Eusebius, *γασ εἰς τὴν γαστρίαν καὶ εἰς τὴν κοιλίαν καὶ εἰς τὴν οὐρήν, τὴν κοιλίαν καὶ τὴν οὐρήν, τὴν κοιλίαν καὶ τὴν οὐρήν*, quæq; sub ventre sunt, coërcenda. Sanè Anacharis Scythia convivio acceptus apud Solonem, ut mox decubuit compositus, ut una manu pudenda, altera vero os obfignaret, palma ad id appressa, daturus quippe per hujusmodi gestum, continentia atq; silentii monumenta. Eam vero toto vitæ tempore continentiam à deliciis omnibus alienam secutus est Anacharis: quare statuis ejus inscriptum erat, *Γλώσσῃ, γαστρί, αἰδοῦσθαι κοιλίαν*: quippe, *linguam, ventrem, mentulam compefecit*. Nam ille nimirum ante omnes probus est, qui tribus his egregie sibi temperavit. Neque vero parvam hujus continentia laudem meruisse videtur Alexander Macedo, cui adhuc juveni cum puella, noctis bona parte peracta, deducta esset, ut cum eo dormiret, quærenti Regi tarditatis causam, respondit illa, expectasse se donec maritus cubitum iret: commotus Alexander ministros acriter objurgavit, *Ῥαδύτερον δὲ δάτερον*, ducite, inquiens, *hanc: parum enim absuit quin vestra culpa factus fuerim adulter*. Quin & captivæ Darii puellas quanta integritate servaverit, ignorat nemo. Exempla hæc adolefcens, ætate servidus, deliciis affluens, adulatoribus undiq; circumseptus, sponte præstitit, ut nos qui monitis dubio procul sanctioribus eruditus sumus, aliquando cogeret erubescere.

Plutarchi in  
Alexandri  
vita.

## VENUS VERECONDIA. CAP. XXXI.

NON defuisse vero unquam qui verecundiam adamarent, tot Veneris simulacra in antrum abdita, de quibus alibi meminimus, indicio esse possunt. Adhæc, juxta Mantineam Nigræ Veneris facellum apud Meliastis fuit: ad verecundiam quippe, qua præditum esse debet humanum genus, indicandam. Reliqua enim animantia die plurimum & in propatulo, homines vero & clam & plurimum noctu liberis dare operam solent. Simulacri hujus meminit Pausanias lib. vii.

## EXTINCTA LIBIDO. CAP. XXXII.

Herus & Leandri scabula sensus.

APUD Ægyptios genitalia à Titanibus defecta, & in fluvium demersa comperias, quod libidinis ardorem extinctum, aut extinguendum esse, mystico eo sacro intelligendum. Græci Herus & Leandri